

1978

L

1823



17. 12.

U. a. 11

Libb. med. 4. 70

~~24.~~ 16. V.



d

an 2

DISPUTATIO IIII.

DE HUMORIBVS  
NATVRALIBVS PRI-  
MIS, AD GENERATIONEM ET NV-  
tritionem aptis.

QVAE DIVINO CONCEDEN-  
TE NUMINE, IN ILLVSTRI  
*Academia Iulia 19. Augusti habetur*

PRAESIDE  
IOHANNE VVERNERO MEDI-  
cinae Doctore

*Respondente*  
HEINRICO BERCK OSNA-  
*burgensi VWestph.*

*Hac sua themata observantia caussa dedicata  
Respondens.*



HELMAESTADII  
Ex officina Typographica Iacobi Lucij,  
Anno M. D. XC.

AK



THESES  
DE HUMORIBVS.

I.

**E**lementorum, temperamentorum, calidi innati ac spirituum proximè independentium doctrina proposita, medium inter hac & primas hominis particulas, humores obtinebunt locum.

II.

Humor alimentarius (nam de humoribus aliis alio agendum est loco) est substantia liquida, caloris innati beneficio, è ciborum mistione in epate, cum ad hominis generationem, tum ad nutritionem eius procreata.

III.

Quatuor eiusmodi humores cum Hyppocr. ac Galeno statuis, Sanguinem videlicet Pituitam, bilem flauam, & Saccum Melancholicum.

IIII.

Cum enim chylus è ventriculo ad iecur traductus, quatuor primorum Elementorum naturas representet, quaternarius humorum inde profluentium numerus, necessario est ponendus.

V.

Sanguis à Graecis dictus, duplex est Galeno, prior syncerus ac à reliquis humoribus secretus, qui ratione potius, quam re ipsa existit, alter reliquis perfusus humoribus.

VI.

Sanguis est humor nobis familiarissimus, inter reliquos maximè temperatus, dulcis, rubeus, partibus carnosissimis inprimis generandis, iisque alendis à natura destinatus.

VII.

Effecta huius precipua sunt: nutrire & augere carnosas partes, colorem rubeum floridumque efficere, ingenium apertum, simplex ac venustum proferre. Pituita



## VIII.

Pituita Græcis Φλέγμα est humor frigidus & humidus, crassior, insipidus, ad partes frigidiores generandas ac nutriendas comparatus.

## IX.

Effecta huius sunt, partes humidas & frigidas gignere, easdemq; iam genitas, nutrire, ac si quando sanguinis penuria incidat, sanguinis vires sustinere, ingenium obtusum, somnolentum ac minimè industrium proferre.

## X.

Bilis flava χολή, est humor calidus & siccus, flavus amarus, tenuis, ad partes similes generandas ac nutriendas aptus.

## XI.

Effecta huius sunt, membra biliosa ac gracilia gignere ac nutrire, ingenium sagax ac mobile, mores feruidos ac iracundos producere.

## XII.

Melancholicus humor μελαγχολικός χυμός est humor frigidus & siccus, colore niger, acerbus, partes corporis frigidiores ac sicciore generans ac nutriens.

## XIII.

Effecta huius sunt, membra Melancholica gignere ac nutrire, corpus macilentum ac durius, ingenium constantius ac gravius formare.

## XIIII.

E iusta quatuor horum humorum portione ac consensu, sanitas, discordia ac luxuriente ubertate, innumeri assurgunt morbi.

## XV.

Pro temporis quippe, ætatis ac regionis diuersitate in nobis mutantur.

## XVI.

Hinc sanguinem in vere, pituitam hyeme, bilem æstate, Melancholicum humorem autumnos videas vigere.



XVII.

*In pueris sanguinem, in iuuenibus bilem, in senibus melancholicum humorem cernimus præpollere.*

XVIII.

*In regione temperata sanguis, in frigida & humida pituita, in calida & sicca bilis, in frigida & sicca, melancholicus humor conspicitur abundare.*

XIX.

*Verùm iam de humoribus naturalibus primis ad generationem & nutritionem aptis, tantùm disputare animus fuit: postea ubi de causis morborum erit negotium, de reliquis disquisitio instituenda fuerit.*

ἀπόρημα I.

*An humores inter partes corporis numerandi sint.*

II.

*An Melancholici artium fuerint inuentores.*

III.

*An bilis pallida nouam adhuc inducat speciem.*

IIII.

*An paracelsistarum Sal, Sulphur, & Mercurius, quatuor humorum dictorum possint esse vicarij.*

V.

*An pituita omnium maximè in hyeme (cum secundum Aph. Hippocr. 15. sect. 1. ἀκιλίαι φύσιν θερμότες), χειμῶν ἔστι ἡ-  
ρῶν, ἔστι οἱ μακρότεροι, καὶ τὸ ἔμφυλον θερμὸν πλείον ἔστι.) abunda-  
re possit.*

F I N I S.



78L 1823

ULB Halle  
004 592 395

3




56.











*d*

*an 2*

DISPUTATIO IIII.

DE HUMORIBVS  
NATVRALIBVS PRIMIS, AD GENERATIONEM ET NV-  
tritionem aptis.

QVAE DIVINO CONCEDEN-  
TE NUMINE, IN ILLVSTRI  
*Academia Iulia 19. Augusti habeo-  
bitur*

PRAESIDE  
IOHANNE VVERNERO MEDI-  
cinae Doctore

Respondente  
HEINRICO BERCK OSNA-  
burgensi VVestph.

*Hac sua themata observantiae causa dedica-  
Respondens.*



HELMAESTADII  
Ex officina Typographica Iacobi Lucij,  
Anno M. D. XC.

*AK*

